Joh. X. 23–

... in templo in porticu salomonis; Circu
dederunt ergo eum iudei & dicebant ei; quo
usque animam nostram tollis? si tu es xp̄s dic
nobis palam; Respondit eis ih̄s; loquor uobis
& n̄ creditis; Opera que ego facio in nomine
patris mei hęc testimonium perhibent de me;
Sed uos n̄ creditis quia non estis ex ouibus meis;
Oues meę uocem meam audient et ego cognosco eas et se
cuntur me; & ego uitam aeternam do eis et
non peribunt in aeternum et n̄ rapiet eas quis
quam de manu mea; Pater meus quod dedit mi
hi maius omnibus ē & nemo potest rapere de
manu patris mei; Ego & pater unum sumus;
Sustulerunt lapides iudei ut lapidarent eum
Respondit eis ih̄s; Multa opera bona ostendi
uobis ex patre meo propter quod opus me lapida
tis? Responderunt ei iudei; De bono opere non
lapidamus te sed de blasphemia; Et quia tu ho
mo cum sis facis te ipsum dm̄; Respondit eis ih̄s;
Nonne scriptum est in lege uestra quia ego dixi
dii estis? ...